www.e-rara.ch

# Iohannis Vogt Catalogus historico-criticus librorum rariorum

Vogt, Johann

Hamburgi, 1747

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRf 88

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-30507

W.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# W.

*Vreederik* Waarmond. v. *Adrian* Koerbach.

*Jo. Georg.* Wachteri Spinozismus im Judenthum, oder die von dem heutigen Judenthum, und deſſen geheimen Kabbala vergötterte Welt, an Moſe Germano, ſonſten Jo. Peter Speeth, von Augſpurg gebürtig, befunden und widerleget. *Amſterd.* 1699. in 8. Elucidarius Cabaliſticus, ſive reconditæ Hebræorum Philoſophiæ brevis & ſuccincta recenſio. Epitomatore Jo. Georgio Wachtero, *Philoſ. Profeſſ. Romæ* 1706. in 8. pagg. 78.

Ultimus libellus non Romæ, uti eſt in titulo, ſed Roſtochii eſt impreſſus. Uterque autem paradoxus & perrarus. Plura dabunt Stollii *Nachrichten von ſ. Biblioth.* T. XI. p. 193. ſq. & Mich. Lilienthal *in Theolog. Biblioth.* p. 1126. ſq. autoresque ibidem citati.

*Lucæ* Waddingi Annalium Ordinis Minorum, vaſtum ac ſumtuoſum opus, de quo Jo. Alb. Fabricius *in Bibl. med. & infimæ Latinitat.* Tom. II. p. 578. ſqq. ſequentia annotavit: " Primus hujus operis Tomus in Ann. " 1250. ſecundus in A. 1300. tertius in 1350. quartus in " 1400. quintus in 1450. ſextus in 1475. & ſeptimus in " 1500. definit. Editi ſunt hi Tomi *Lugduni* 1625-1648. " in fol. Tomus octavus, nonus, decimusque, quibus ad " ſuam ætatem perducere Annales illos voluit Autor, lucem " quod ſciam non viderunt. Nec dum ſpes impleta quam " A. 1711. de continuatione moverunt *Diarii Eruditorum* " *Italiæ* Autores Tom. VII. p. 489. „ quorum verba leguntur ibidem apud Fabricium. Prodiit autem omnino etiam *Tomus IIX.* hujus operis *Romæ ex Typographia Jo. Colinei* 1654. in fol. v. Ant. Teiſſier *Catalogus Autor. & Biblioth.* p. 221. *Catalog. Hiſtoric.* Fresnoio-Mencken. p. 66. Et Nova etiam hæc editio, cujus meminit Fabricius, octodecim Volumini-

Voluminibus prodiit *opera & ſtudio* R. P. Joſephi Mariæ Fonſeca ab Ebora *Romæ* 1731. ſqq. Legas velim *Nova Acta Eruditor.* 1738. p. 193. ſqq. 293. ſqq. 344. ſqq.

*Lucæ* WADDINGI Scriptores Ordinis Minorum; quibus accedit Syllabus eorum, qui ex eodem ordine pro fide Chriſti fortiter occubuerunt. *Romæ ap. Franc. Alb. Tani* 1650. in fol.

Bibliothecæ hujus raritatem indicat, eandemque cum *Jo. a divo Antonio continuatione* recenſet Cl. Aug. Beyerus in *Memor. Libror. rar.* p. 73. ſqq. Conf. quæ ſupra jam diximus, *Jo. a divo* ANTONIO.

*Henrici* WAGNERECKII Standhafte Rettung und Beweiſung des Cloſters contra Acta Lindavienſia. *Embſii ad Rhen.*

Nomen Autoris non reperitur in titulo; nec mihi certo etiam conſtat, an ſcriptum hoc prodierit *in folio*, uti habet *Catalogus-Hiſtoricor.* Fresnoio-Mencken. p. 153. vel *in forma quarta*, ut vult Jo. Petr. de Ludewig, qui de maxima hujus opuſculi raritate diſſerit in *Tom. I. Reliq. MStor. præfat.* p. 56. Jo. Reinh. Wegelinus *in Prærogativa antiquitatis liberæ Civitatis Lindavienſis* p. 32. de raritate hæc annotavit: " Anno 1646. vel ut Vindicator Raslerus vult 1647. Heidero oppoſitus eſt liber, ſub titulo: *Standhafte Rettung und Beweiſung &c.* cujus jam tanta eſt raritas, ut inter libros fere deperditos referri poſſit, cum non niſi inter Parthenonis Paraſtatas diſtributus, poſt Rasleri novam de Ludovico Pio opinionem penitus ſuppreſſus ſit. Autor habetur *Wagnereckius*, e Societate JEſu, veteranus olim Juris Canonici in Univerſitate Dillingenſi Profeſſor, vir aliis quoque lucubrationibus clarus, qui vi rationum a doctiſſimo Heidero adductarum, ſuperatus, abdicato Ludovico II. Ludovico cognomini Germanico Pii filio, & in Germania Succeſſori diploma attribuit, ipſis profecto obnuntiantibus Tabulis, ut ipſe judicat Raslerus. „ Conf. Jo. Jac. Moſeri *Bibliotheca Scriptorum de Rebus Suevicis*, qui p. 39. integrum Libri rariſſimi titulum habet.

*Gottlieb*

*Gotlieb* WAHRMUNDS Gewiſſenhafte Gedanken vom Eheſtande, ſcriptum pro Polygamia aſſerenda a Jo. Lyſero editum, quod autem flammis, Autore inſpectante, in foro Stockholmenſi per carnificem combuſtum eſt d. 15. Jul. Ann. 1679. indicante Vincentio Placcio *in Theatr. Pſeudonym.* p. 614.

*Chriſtoph.* WALTHERS Bericht vom Unterſcheid der Bibeln, und anderer Bücher Lutheri. *Vitemb.* 1563. in 4.

Notitiam ſcripti hujus admodum rari habes in doctiſſimi J. C. Coleri *Biblioth. Select. Theologic.* part. 29. n. 2.

*Philippi* WANNEMAKERI Triumphus Litteratorum. *Mediolani* 1611. in 8.

Laudatur & rarus ac infrequens dicitur a Cl. Schelhornio T. XII. *Amœnitat.* p. 515.

*Richard de* WASSEBOURG, *Archidiaire de l'Egliſe de Verdun,* Antiquitez de la Gaule Belgique, Royaume de France, Auſtraſie, & Lorraine depuis Jules Ceſar jusqu' à la mort de François I. avec l'Origine des Duchez & Comtez de Brabant, Tongres, Hainault, Lorraine &c. contenus en icelle; Extraits des Vies des Eveques de Verdun. II. Volumes. *à Pariſ. chez Sertenas* 1549. in fol.

Opus perraro obvium, cujusque exemplaria ſollicite ab eruditis conquiruntur. v. Jac. le Long *Biblioth. Hiſtoriq. de France* n. 15635.

*Eberhardi* WASSENBERGII Flori Germanici verſio Germanica cum animadverſionibus & correctionibus, 1647. in 12. edita, propter ſummam raritatem, & præſtantiam merito Theſaurus dicitur Chriſtiano Gryphio *de Scriptoribus Hiſtor.* Sec. XVI. p. 66. " Eberhardus WASSENBERGIUS, Embricenſis, inquit, li- " brum nobis dedit ſingularem *de bello inter Imperatores* " *Ferdinandum II. & III. & eorum hoſtes Fridericum,* ſcili- " cet

“ cet *Palatinum*, *Gabrielem Bethlehemium*, *Daniæ*, *Sueciæ*
“ *& Franciæ Reges* geſto, quem ad annum 1640. continua-
“ vit, *Florum* paſſim *Germanicum* appellant; & ipſe quidem
“ liber nihil niſi vulgaria continet, ſtiloque exaratus eſt non
“ usque adeo nitido, ſed Flori nimia interdum imitatione
“ ſatis putido. Verum editio *Germanica*, quæ *anno* 1647.
“ *Amſtelodami cum animadverſionibus Fürſtembergii* Comi-
“ tis publicata fuit, jamque rariſſime invenitur, inter optima
“ certe ſcripta eſt numeranda. Tam multa enim ibi ſin-
“ gularia, & ſelecta occurrunt, ut omnino Autor ſim noſtris,
“ ejus ſi facultas data fuerit tanquam cimelium comparandi.
“ Fuit enim Fürſtembergius ille non tantum vir magnæ
“ dignationis, ſed maximis etiam rebus gerendis adhibitus,
“ & eorum quæ refert teſtis oculatus. „ Hactenus Gryphius.
Ex ſententia tamen aliorum *Animadverſiones* non ſunt Comitis Fürſtemberg, ſed *Jodoci Maximiliani* Comitis *de Gronsfeld* & Bronchorſt, Domini in Alpen & Axel, Principis Electoris Bavariæ Camerarii, teſtis pariter oculati, id quod patere arbitrantur ex collatione Animadverſionum p. 91. cum relatione in Londorpii *Actis Publicis* Tom. III. L. IIX. C. 55. p. 824. v. Marq. Freheri *Directorium* ex editione noviſſima Jo. Dav. Kœleri p. 245. Accurate libellum hunc rariorem recenſet *Bibliotheca Hiſtorica Hamburg.* Cent. II. p. 240. ſqq. nos docens duplicem editionem uno eodemque anno 1647. *Amſtelodami ap. Ludov. Elzevirium*, & *Francofurti ad Mœn. ap. Antonium Hummium* prodiiſſe. Titulus eſt: *Der erneuerte deutſche Florus Everhard Waſſembergs, mit Animadverſionen, und Correctionen derer in vorigen eingerückten ungleichen Hiſtorien; wiederum in vielen durchaus verbeſſert, der Wahrheit reſtituiret, und bis Ann. 1647. continuiret.* in 12. plag. 32. Neutram harum editionum vidimus. Eſt autem nobis ad manus editio hunc titulum præferens: *Der erneuerte Deutſche Florus Eberhardi* W ASSENBERGS, *an vielen in vorigen eingerückten ungleichen Hiſtorien verbeſſert, der Wahrheit reſtituiret, und bis ins Jahr* 1647. *continuirt. Frankfurt* 1647. in 12. Nomen Typographi & Bibliopolæ non adeſt. In alio autem, qui præter hunc adhæret, titulo æri inciſo legitur: *Dantzig, bey Anton Rittern.* Conſtat liber pagg. 718. continetque icones LXIV. Non ſine cauſa ſuſpicor animadverſiones non ab uno, ſed a pluribus eſſe profectas Autoribus, id quod haud obſcure indicatur in præfatione.

*Everhardi* WASSENBERGII Embrica, ſive urbis Embricenſis deſcriptio. *Clivis* 1667. in folio.

Rariſſimus liber ex indicio *Bibliothecæ* Anonymian. P. I. pag. 150.

*Antonii* WECKENS, *Chur-Sächſ. Reichs-Secretarii und Archivarii*, Dresdniſche Chronica. *Dresden* 1680. in fol. cum figuris.

De raritate teſtatur *Catalogus Hiſtoricor*. Fresnoio-Mencken. p. 180.

*Pauli* WEIDNERI, *Exjudæi*, loca præcipua fidei Chriſtianæ collecta & explicata. *Viennæ* 1559. in 4.

Vid. *Catalogus Bibliothecæ* Haſæan. p. 209. Joan. Chriſt. Wolfii *Bibliotheca Hebr*. T. I & III. n. 1810.

*Valentini* WEIGELII aureum vellus.

De raritate & pretio hujus ſcripti referre placet verba Jo. Ludov. Hannemanni ex *via vera & tuta ad ophir auriferum* pag. 185. " Quod circumferantur, inquit, quædam ſcripta " aurei velleris nomine vel titulo ſuperbientia, nemo eſt " quem hoc fugiat. Horum tamen optimum eſt, quod de- " dit *Weigelius*. Valentinus *Weigelius*, quem noſtri Theo- " logi, jurene vel injuria Hæreticum faciunt, de quo Deus " judicet, *aureum vellus* conſcripſit, quod magni pretii eſt, " & obtineri non poteſt. Pro eo libro 100 Ducatos cuidam " mercatori Roterodamenſi fuiſſe oblatos ſcio; aſt noluit " hac pecuniæ ſumma vendere. Hoc *aureum Vellus Wei-* " *gelii* præſtantiſſimum ſcriptum eſt, quocum nullum com- " parari poteſt, ex Adeptorum ſcriptis. „ Nihil de hoc ſcripto Weigelii invenio in Joan. Zach. Hilligeri diſſert. *de Vita, fatis & ſcriptis* Val. Weigelii, Vitemb. 1721. nec mihi etiam notum eſt, an editum unquam fuerit, vel in MSto lateat.

*Joannis Angeli a* WERDENHAGEN de Rebus publicis Hanſeaticis opus. in fol.

Primæ editioni in quatuor diviſæ volumina & *Lugd. Bat.* 1631. in 16. excuſæ, ſucceſſit ſecunda ab Autore reviſa urbium ſingularum Iconiſmis, Tabuliſque Geographicis ac

Nauticis

Nauticis ornata *Francofurti Typis Mercanis* 1641. in folio. Hæc ſumtuoſa eſt & rarior. Id quod experientia edoctus ſum, & atteſtatur Rud. Aug. Noltenius *in Conſpectu Theſauri Antiquitat. Germanic.* p.7. Conf. Thomas Crenius *in præfat. ad Caninii Hellenism.* p. 72 ſqq.

*Engelberti* WERLICHII Chronicon der Stadt Augſpurg. *Francofurti* 1595. in fol.

Rariſſimum eſſe docet Burch. Gotth Struvius in *Biblioth. Hiſtor.* p. 481. Conf. Schelhornii *Amœnitat. Literar.* T. X. p. 1035. Bunemanni *Catalog. Libror. rariſſimor.* p. 64.

*Leonhardi* WERNERI Poëmata.

Liber pauciſſimis cognitus, cujus autor inter viros obſcuros principem obtinet locum, teſte Jo. Chriſt. L. B. de Boineburg apud Schelhornium T. II. *Amœnitat.* p. 426.

*Joannis* WESSELII, *Groningenſis*, Farrago rerum Theologicarum uberrima. In hoc Libro tractantur 1) de Providentia Dei; 2) de dominica incarnatione & paſſione; 3) de dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica; 4) de Sacramento pœnitentiæ; 5) de Communione Sanctorum; 6) de purgatorio; 7) Epiſtolæ de iisdem fere rebus. *Baſileæ, apud Adam. Petri,* 1522. *menſ. Septemb.* in 4.

Hæc editio apud nos eſt. Editionis *Vitembergenſis* 1522. atque *Baſileenſis* 1523. mentio fit in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latin.* Tom. IV. p. 492 ſqq. Opus admodum rarum. vid. Bunemanni *Catalogus Librorum rariſſ.* p. 73. *Biblioth. Anonymiana* P. II. p. 38. Farrago hæc recuſa eſt in *Operibus* WESSELII, quæ junctim prodierunt *curante* Petro Pappo a Tratzberg *Groningæ* 1614. in 4. iterumque Joannis Lydii Studio *Amſtelodami*, 1617. in 4. Groningenſem editionem recenſet Georg. Henr. Götzius *in Comment.* de Jo. Weſſelio. Lubec. 1719. in 4. p. 33 ſqq. & *Theſaurus Bibliothec.* T. I. p. 67. Lydianam ipſi poſſidemus. Titulus eſt: *Aura purior hoc eſt M.* WESSELII *Gansfortii, alias Baſilii Groningenſis, raræ eruditionis viri, qui ſub Pontificiis tenebris dictus eſt.* Lux mundi, *opera omnia e Veteribus & MS. Codicibus. Acceſſerunt huic editioni Jacobi de Paradiſo,*

 *Carthuſiani*

*Carthuſiani Tractatus aliquot, nunquam antea viſi. Quos e Bibliotheca Fratris ſui B. Lydii eruit & publicavit Joannes M. F. Lydius Francofurtenſis, Amſtelod. ex officina Henr. Laurentii,* 1617. in 4. Utraque editio rara eſt & haud adeo obvia, ut indicat poſt illuſtr. Seckendorfium in *Hiſtoria Lutheranism,* f. 227. Götzius l. c. p. 36.

*Michaël* WEXIONIVS. vid. *Mich.* VEXIONIVS.

*Abrahami* WHELOCI Evangelia, Perſice. vid. Quatuor EVANGELIA.

*Georgii* WICELII Epiſtolarum, quæ inter aliquot Centurias videbantur partim profuturæ Theologicarum Literarum Studioſis, partim innocentis famam adverſus Sycophantiam deſenſura, Libri quatuor. *Lipſiæ, exc. Nic. Wolrab,* 1537. in 4.

Rariſſimi ſunt propter hiſtoriam eorum temporum. vid. D. Gerdes *Florileg. Libr. rar.* p. 118.

*Georgii* WICELII Anmerkungen über die Bibel. *Leipzig* 1536. in 4.

Perrarus Cenſor Verſionis Lutheri, indicante doctiſſ. Bruckero in Literis ad me datis. Integer Titulus ita habet: *Annotationes, das ſind kurtze Verzeichniſſe in die Wittenbergiſche Neue Dolmetſchung der gantzen heiligen Bibel, aller Chriſtenheit zu leſen und hören ſehr noth und nutz. Durch Georgium* WICELIVM, *an Herrn Hoyes, Graven zu Mansfeld. Leipzig* 1536. in 4.

*Joannis* WICLEFS, *viri undiquaque piiſſimi,* Dialogorum Libri IV. quorum primus de divinitate & ideis tractat; ſecundus univerſorum Creationem complectitur; tertius de virtutibus, vitiisque ipſis contrariis copioſiſſime loquitur; quartus Romanæ Eccleſiæ Sacramenta, ejus peſtiferam dotationem, Anti-Chriſti Regnum, fratrum fraudulentam originem atque eorum hypocriſim variaque noſtro ævo ſcitu dignissima

digniſſima graphice perſtringit &c. *Anno* 1525. in 4. Sine loco editionis & mentione typographi.

Opus rariſſimum ac pauciſſimis viſum, quod in Anglia, Belgio & aliis regionibus ducentis fere florenis vendi ſolet. Exemplaria in Anglia invenienda ſignificavit John Lewis *in the Hiſtory of the Life of John Wiclef. Lond.* 1720. in 8. In auctione *Bibliothecæ* Lampianæ p. 106. *Dialogorum libri* divenditi fuere pretio 5 Talerorum. Recenſentur in Cl. Aug. Beyeri *Memor. Libr. rarior.* p. 248. Conf. *Catalogus Bunemanniana Librorum rariſſ.* p. 72. Diverſi fortaſſe ſunt hi *Dialogi a Trialogo* WICLEFI, quem *Otho Brunsfelſius Libris IV.* edidit, hac inſcriptione: *Trialogus, ubi primo Alithia tanquam ſolidus Theologus loqueretur; ſecundo infidelis captioſus tanquam Pſeudis objiceret; & tertio ſubtilis Theologus & maturus tanquam Phroneſis decideret veritatem. Anno* 1517. Non ſine cauſſa arbitror *Trialogum* hunc *Wiclefianum* multo adhuc rariorem eſſe *Dialogis*. Certe Guil. Caveus, Caſim. Oudinus, Jac. Verheidenius & alii, qui *Dialogorum* mentionem faciunt, de *Trialogo* nihil habent, quem huc usque nondum etiam reperire potui in aliquo inſtructiſſimarum Bibliothecarum catalogo. Hinc Mr. de la Roque hunc librum adeo rarum exiſtimat, ut MStis autographis optimo jure æquiparari mereatur; alii autem de exiſtentia ipſius valde dubitant. vid. *Journal des Savans de Paris* 1702. pag. 929. Recenſetur quidem *Trialogus* WICLEFI ab Autore *des Eſſais de Litterature* T. I. p. 48 ſq. ſed ita recenſetur ut fere nullam, ne dum accuratam hujus libri notitiam ſuppeditet. Conf. *Actor. Eruditor. Supplem.* T. VIII. p. 207 ſqq.

*Jo. Alb.* WIDMANSTADII Novum Teſtamentum Syriacum. vid. Novum TESTAMENTVM.

*Jo.* WIGANDVS de Servetianismo liber. *Regiomont.* 1575. in 8.

Opus perrarum, de quo vid. *Bibliotheca* Reimmann. pag. 1044. Binos alios WIGANDI libellos, præeunte Struvio *in Biblioth. Antiq.* inter raros connumerat Cl. D. Gerdes in *Florileg.* p. 119. 120. *Libellum de Neutralibus & Mediis,*

*Francof. ex off. Petr. Brubachii,* 1560. in 8. & *de clave ligante explicationem ſuccinctam. ibid* 1561. in 8.

WILRAMI, *Abbatis olim Ebereſpergenſis,* in Cantica Salomonis myſtica explanatio, per Menradum Moltherum in lucem reſtituta. Adjecta eſt ex Spanhemenſi autoris vita, qui ſub Henrico tertio anni M70 floruit. *Excuſum Haganoæ per Guilielmum Seltz,* 1528. in 8. plag. 12.

De maxima hujus libri raritate legatur Jo. Georg. Lotteri peculiaris obſervatio de prima eademque rariſſima editione WILLERAMI inſerta *Actis Eruditor.* 1733. pag. 28-41. Æque rara eſt, quæ poſtea prodiit lingua veteri Francica editio: WILLERAMI, *Abbatis Eberſpurgenſis, in Canticum Canticorum Paraphraſis gemina: Prior rhythmis Latinis, altera veteri lingua Francica. Addita explicatio lingua Belgica; & Notæ, quibus veterum vocum Francicarum ratio redditur. Edente Paulo G. F. P. N. Merula. Lugd. Bat. ex officina Plantiniana, apud Chriſtoph. Raphelengium,* 1598. in 8. Aliam adhuc editionem Francicam Willerami procuravit Marquardus Freherus, quæ autem tam rara eſt, ut pauciſſimis cognita nedum viſa: *Uralte Dolmetſchung des Hohenliedes Salomonis aus Abt* WALRAMS *zu Ebersperg in Bayern berühmter deutſchen Auslegung, die er vor* 550 *Jahren darüber angeſtellet, abgedrucket. Worms* 1631. in 8. Conf. *Beyträge zur Crit. Hiſt. d. D. Spr.* XI St. p. 385.

*Jacobi* WIMPHELINGII Epitome Rerum Germanicarum hactenus in multis deſiderata. *Marpurgi* 1562. in 8.

Non vulgaris raritatis indicante Gerdeſio *in Florileg. Libror. rar.* p. 120. 121.

*Benedicti* WINCKLERI Libros V. de Principiis Juris naturalis & poſitivi. *Lipſiæ* 1615. in 8. quos recenſet Georg. Beyerus *in Notitia Autorum Juridicor.* p. 60 ſqq. rariſſimos eſſe teſtatur Cl. Heumannus in *Conſpectu Reipubl. Litterar.* edit. noviſſ. p. 314.

*Joannis* WINCKLERI Erklärung der ſchwereſten Verſicul des IX Capitels des Brieſes Pauli an die

die Römer, quæ ſubjecta eſt quibusdam Exemplaribus der ausführlichen Betrachtungen über etliche fürtrefliche Sprüche der heil. Schrift. *Hamburg, apud Gottfr. Liebernickel. Anno* 1697. in 8.

Egregia & rarius obvia vocatur a. Jo. Chr. Wolfio in *Curis Philol. & Critic. in IV priores Epiſtol.* p. 162. Idem etiam pronuntiandum puto de alio ejusdem ſcripto Germanico edito ſub titulo: *Jo.* WINCKLERS, *Paſtor zu St. Michael in Hamburg, das vollkommene Alles unſerer Seelen, Jeſus Chriſtus der Gekreuzigte, in neun unterſchiedlichen Betrachtungen erwieſen und in Druck gegeben. Hamb. druckts Peter Ziegler,* 1687. in 4. pp. 244. Binæ ſaltem in hoc ſcripto continentur conſiderationes: 1. *Jeſus unſere Weisheit;* 2. *Jeſus unſere Seelen-Vergnügung;* nec cæteras unquam prodiiſſe arbitror.

*Jo. Juſti* WINCKELMANNI gründliche und wahrhaftige Beſchreibung der Fürſtenthümer Heſſen und Hersfeld, ſamt denen einverleibten Graf- und Herrſchaften, mit den benachbarten Landſchaften, in VI Theilen. *Bremen* 1697. in fol.

Recuſa, ſed ſaltem titulo tenus, *ibid.* 1711. in fol. Quinque ſaltem hujus operis Hiſtorici partes prodierunt. Impreſſa quidem nonnulla etiam *Partis ſextæ* fuerunt binis alphabetis usque ad p. 182. ſed rariſſime & fere nuspiam reperiuntur, a ſereniſſimis Haſſiæ Landgraviis coemta, & æternis tenebris mancipata. Summam Capitum Libri hujus VI. in Auguſta quadam Bibliotheca extantis exhibet Henr. Chriſtian. Senckenberg *in præfat. Tomi IV. Selectorum Juris & Hiſtor.* p. 63 ſqq. Poſſidemus & nos ipſi priores plagulas hujus operis, ſed ſaltem usque ad p. 96. Conf. Chriſtoph. Fr. Ayermans *Einleitung zur Heſſiſchen Hiſtorie* p. 20. 21.

*Chriſtoph.* WINERI Tumulorum Libri II. Acceſſit Actus Panegyricus exequiarum ſepulturæ Electoris Saxoniæ Auguſti. *Erfordiæ* 1587. in 8.

Liber extremæ raritatis dicitur, ac ſatis copioſe recenſetur a Chr. Junckero de *Bibliotheca Iſenacenſi* p. 19 ſqq. Deſideratur, quod miror, in locupletiſſima Georg. Chriſt. Kreyſigii *Bibliotheca Hiſtoriæ Saxoniæ.* Conf. Burch. Goth. Struvii *Bibliotheca Saxon.* p. 733. *Theſaurus Biblioth.* T. II. p. 339.

*Arnoldi* WION, *Belgæ Duacenſis*, Lignum vitæ, ſive initia Ord. Bened. & Viri Clari dignitate, doctrina, ſanctitate ac principatu deſcripti Libris V. *Venetiis* 1565. II Voll. in 4.

Liber rariſſimus, proſtat quidem Germanice ex verſione *Caroli Stengelii*, *Auguſt. Vindel.* 1609. 1621. 1707. in 4. ſed pleraque ad notitiam Scriptorum facientia hic deſiderantur.

*Georgii* WIRTH, *Phil. & Medic. Doct. Lipſienſis*, Vita vel Evangelium Jeſu Chriſti, Dei & Mariæ filii, Salvatoris Mundi, ex quatuor Evangeliſtis conſcriptum. *Francof. ad Mœn.* 1594. in fol.

Præſtantiſſimum & ſumme rarum opus, quod recenſet doctisſimus Jo. Henr. von Seelen *in Diatrib. de Medicor. meritis in Scripturam S.* p. 43. obſervans, Wirthii ſcripta adeo eſſe rara, ut nonnulli litteratiſſimi viri hæſerint dubii, an edita ſint, an vero manu tantum exarata lateant?

*Andreæ* WISSOWATII Stimuli Virtutum, Fræna peccatorum, ut & alia ejusdem generis opuſcula poſthuma. *Amſtelodami, apud Henric. Janſſonium,* 1682. in 12. pagg. 198. *Ejusdem* Religio rationalis, ſeu de rationis judicio, in Controverſiis etiam Theologicis ac Religioſis adhibendo Tractatus. Anno 1688. in 12. pagg. 120. Sine mentione loci & typographi.

Poſterior liber etiam Germanice extat ſub titulo: *Arſenii Sophiani, Phil. & Theol. D. & P.P. vernünftige Religion, das iſt, gründlicher Beweis, daß man das Urtheil geſunder Vernunft, auch in der Theologie und in Erörterung der Religions-Fragen, gebrauchen müſſe, mit einer Vorrede Syneſii Philadelphi. Amſterd.* 1703. in 8. vid. Mich. Lilienthals *Theol. Biblioth.* p. 932 ſqq.

*Nicolas* WITSEN Noord- en Ooſt-Tartarye.

Hiſtoriam hujus operis plane rariſſimi ex Gerh. Frid. Mulleri, Profeſſoris Petropolitani, *Sammlung Ruſſiſcher Geſchichte*, referunt *Acta Eruditor.* 1735. p. 394. his verbis: "Vir ſummus *Nicolaus Witſenius*, qui Amſtelodamenſium Conſul
" d. 10 Aug. 1717. ætatis anno ſeptuageſimo ſeptimo obiit,
" Belgarum olim apud Ruſſos Legatus, per omnem deinde

" vitam

" vitam in eo totus fuit, ut Tartariam, Septentrionem verſus
" & orientem ſolem ſitam, magnam, ſed parum notam, orbis
" terrarum portionem, ſua induſtria illuſtraret. Prodiit
" Geographica illarum Regionum Charta An. 1687. Huic
" Commentarii loco eſſe debebat Opus illud: *Noord-enOooſt-*
" *Tartarye.* Typis etiam excuſum a. 1692. atque iterum 1705.
" Sed, quod illa omnia nondum ſatisfacerent accuratiſſimo
" viro, ita preſſit, ſuppreſſitque utramque editionem, ut ne
" amiciſſimis quidem, extare Opus, innoteſceret. „ Conf.
*Nouvell. de la Republ. des Lettres*, 1684. Oct. p. 796 ſqq. *Bibliotheq. Univerſell.* T. XX. p. 141 ſqq.

WITTICHINDVS. vid. *Jo.* HERVAGIVS.

*David* WOLDERI Biblia Germanica Saxon. inferior. vid. BIBLIA Germanica.

*Joannis* WOLFII, *JCti*, Lectiones memorabiles & reconditæ. *Lauingæ* 1600. in fol.

Admodum difficulter comparari poſſunt, cum propriis autoris ſumtibus prodierint. v. Schelhornii *Amœnitat.* T. II. p. 433.

*Jo. Lud. von* WOLZOGEN, *Freyherrn von Neuhäuſel in Oeſterreich*, Chriſtl. Unterweiſung, wie diejenigen Oerter heil. Schrift alten und neuen Bundes, welche die heutigen Chriſten insgemein zu Behauptung der drey Perſönlichkeit des einigen und allein wahren Gottes misbrauchen, ſchriftmäſſig zu verſtehen ſeyn. Allen, die den Herrn Jeſum in Unverweslichkeit lieb haben, zur Erbauung gegeben. *Im Jahr* 1684. in 4.

Hic liber a Jacobo Burckhardo præeunte Jo. Bened. Scheiben *in freymüthigen Gedanken aus der Hiſtor. Critic. und Litteratur* inter omnium rarisſima, gravisſimaque ſubtilisſimorum Socinianorum ſcripta numeratur. vid. *Hiſtoria Bibliothecæ Auguſtæ Wolfenbuttelenſis* p. 273 ſq.

*Antonii* WOOD Antiquitates Univerſitatis Oxonienſis. *Oxon.* 1674. in fol. *Ejusd.* Athenæ Oxonienſes, or an exact Hiſtoty of the Writers and Bishops, who hat thier Education at Oxford. *London.* 1691 & 1692. 2 Voll. in fol.

Opus rarum, carum, præclarum: " Wird beydes ſehr " æſtimiret,„ ſcribit *Catalogus Hiſtoricor.* Fresnoio-Mencken. pag. 449. " doch ward der andere Tomus von den Athenis " verbrandt, weil ſich eine vornehme Familie darinnen tou- " chiret befand. Conf. *Miſcellanea Lipſienſia Nova* T.I.p.353.

*Chriſtianus* WORMIUS, Scriptoris Islandici pervetuſti, *Ara Frotha* dicti, *ſchedas de Islandia* obſervationibus ſuis illuſtratas edidit quidem; ſed exemplaria hujus libri vix publici juris facta ſunt. Enarrabimus rem verbis Cl. Danielis Eberhardi Baringii *ex præfat. Clavis diplomaticæ, Hannov.* 1737. in 4. editæ, p. 38. " Chriſtianus Wormius vir " doctus in illuſtrandis *Aræ Multiſcii Schedis de Islandia* " (ita ſe habet titulus libri) occupatus utebatur Franciſci Ju- " nii Manuſcriptis ipſi ex Bibliotheca Oxonienſi mutuo da- " tis. Hunc autem autorem, qui primus Islandicæ Hiſtoriæ " partem conſcripſit, Wormius interpretatione Latina & " Notis illuſtravit, & ut relatum accepi, ſex tantum exem- " plaria *Londini* typis exſcribi curavit in octavo, ſine titulo " & fine; neſcio quo caſu. Interim Prologus interpretatio- " nis hujus Auctoris ita incipit: *Islandorum librum confeci* " *ego primum, Episcopis noſtris Thorlaco & Ketillo, & vi-* " *dendum obtuli tam illis quam Sæmundo ſacerdoti &c.* " Exemplar hujus Libri oppido rari aſſervatur Roſtochii in " Bibliotheca Fechtiana, ex qua nobiscum communicatus " fuit. Hanc notitiam potiſſimum debeo Jo. Georg Eccar- " do, C. Kortholto, & Nic. Hasbergio. Hic Guelpherbyti " quondam Conſiliarius aulicus fuit, cui Wormius, poſtea in " Dania Epiſcopus, in Itinere Batavico vel ob æs alienum, " vel ob defectum nervi rerum gerendarum, MScripta ſua " oppignoraverat, quæ tamen anno 1718. redemit. &c. „ An poſt Wormium eruditorum aliquis Hiſtoricum hunc Islandicum, Aram Frotham ſive multiſcium, cujus ſchedas ſæpiſſime citat Thomas Bartholinus *in Antiquitatibus Danicis de cauſis contemtæ a Danis adhuc gentilibus mortis*, ediderit, ignoro.

*Olai* WORMII Epiſtolæ, & doctorum Virorum ad eundem ex autographis, cum notis editæ cura Jo. Grammii. in 8.

Raritatem Epiſtolarum Wormianarum, quas hactenus nondum vidi, dijudicabis ex ſequentibus, quæ leguntur *in Bibliotheca*

*bliotheca Danica* Part. IIX. p. 105. " Die *Epiſtolæ Wormia-*
" *næ*, welche der fürtrefliche Polyhiſtor Herr Juſtitz-Rath
" Gramm zum Druck befordert hat, ſind itzo, weil der Ver-
" lag A. 1728. durchs Feuer verzehret ward, beſonders rar.,,
Vix tria vel quatuor exemplaria ſupermanſiſſe docetur in *Bibliotheca mixta Hamburg.* T. I. p. 23.

*Johan* WORNERS Poſtille. Kurtze Auslegung über die Evangelien, Chriſtlich und einfeltig geprediget und beſchrieben. An. 1558. in fol. plag. 100.

Sine mentione aut loci aut Typographi. Latet ſub Jo. Wörneri nomine, quem male Placcius Jo. Sigismundum Wernerum appellitat, ipſe Caſpar Schwenckfeldius, uti patet ex Conrad Schlüſſelburgii *Catalog. Hæretic. Libr. X.* p. 36. qui & eidem libro p. 255. ſqq. inſeruit: Flaccii *Syllabum Errorum in Poſtilla ſub nomine Jo. Wörneri edita, cujus autor eſt Schwenkfeldius ipſe.* Idem etiam teſtantur Placcius *in Theatr. Pſeudon.* & Godofr. Arnoldus, qui poſterior in *Hiſtoria Eccleſiaſtico-Hæreſiologic.* T. I. P. II. p. 250. editionis 1586. meminit, quæ etiam fuit in Bibliotheca Ittigiana.

*Des* WUNDERLICHEN wunderliche Begebniſſe, und wunderlicher Zuſtand in dieſer wunderlichen verkehrten Welt. Meiſtentheils aus eigener Erfahrung, und dan gottſeeliger, verſtändiger, erfahrner Leute Schriften wunderlich herausgeſuchet. Erſter Theil begreiſend des Wunderlichen Lebens- und Reiſe-Beſchreibungen. *Auf dem Fürſtl. Reſidentz-Schloß Bevern druckts Johan Heckmüller.* 1678. in 4. Alph. 2. pl. 2. Zweiter Theil begreiffend die Wunderlicheu Göttlichen Dinge des Alten und Neuen Teſtaments aus dem Wunderbuch der Göttlichen Heil. Schrift und andern geiſtreichen Büchern mit Verwunderung angeſehen, von dem Wunderlichen im Fruchtbringen. *ibid.* 1680. in 4. plag. 18.

Rariſſimus liber a Ferdinando Albrecht Duce Brunſvico-Beverenſi conſcriptus. v. Jo. Fabricii *Hiſtor. Biblioth. Fabric.* P.V. p. 209. qui tamen corrigendus ſcribens alteram partem, quam nos cum priori poſſidemus, nunquam prodiiſſe. Conf. *Bibliotheca Brunſvico-Luneburg.* p. 512. ſq.

*Chriſtian* WURSTEISEN Baſeler-Chronick. *Baſel bey Henrich Petri.* 1580. in fol.

Liber in ipſa Helvetia rariſſimus & maxime quæſitus, teſte Samuele Engel *in Catalogo Libror. rariſſim.* P. III. p. 38.

*Hendrick* WYERMARS ingebeelde Chaos, en gewaande Werels-Wording der oude en hedendaagze Wysgeeren &c. *Amſterdam* 1710. in 8.

Scriptum Atheiſticum, hinc maxime rarum; copioſe recenſetur a doctiſſ. Heumanno Tom. II. *Actor. Philoſoph.* p. 120. ſqq. Conf. *Nov-Antiqua Theolog.* A. 1717. p. 424. & Mich. Lilienthals *Theolog. Biblioth.* p. 269.

# X.

P. *Hieronymi* XAVIER, *Soc. Jeſ.* Hiſtoria Chriſti Perſice conſcripta ſimulque multis modis contaminata, Latine reddita & Animadverſionibus notata a Ludovico de Dieu. *Lugd. B. ex off. Elſever.* 1639. in 4. pagg. 636. *Ejusd.* Hiſtoria S. Petri Perſice conſcripta, ſimulque multis modis contaminata, Latine reddita, & brevibus animadverſionibus notata a Ludovico de Dieu. *ib.* in 4. pagg. 144. Adhærent Rudimenta linguæ Perſicæ authore Ludovico de Dieu, acc. duo priora Capita Geneſeos ex Perſica Translatione Jacobi Tawuſi. *ib.* 1639. in 4. pagg. 95.